



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 43. Montberonius ad Philippum II. a Regina excusatum missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

posuit, quod ad indicendam Tridentinam Synodum Sanctitas sua non modo propter Franciæ calamitates, sed etiam ob morem Concilia convocandi in Ecclesia usitatum abs dubio fuerit permotâ. His dictis Orator discessit, quin tamen petitionis suæ effectum extorquere potuerit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1561.

§. XLIII.

Montberonius ad Philippum II. a Regina excusatum missus.

Cum Regina Franciæ Administratrix sub idem tempus Philippum II. Hispaniæ Regem ob colloquium Possi-
cense vehementer commotum intelligeret, Jacobum Montberonium Ausentium, qui Reginæ famam repararet, ad eundem ablegabat: verum Legatus ægre ad alloquium admissus, tandemque per crebras sollicitationes Regem conveniendi copiam nactus, admodum remisse ab eo excipiebatur: cum vero ipse & Sebastianus Albaspinæus Lemovicensis Episcopus necessitati id datum, non vero Possiacense hoc colloquium in Protestantium gratiam factum fuisse Philippo exponerent, ac Reginam ommissa Nationalis Synodi mentione quamprimum Regni Episcopos Tridentum ad Concilium ibidem indictum mittere paratam affirmarent, Philippus hoc responso

Thuan. l. 28.
Hinum. 6.

Sæcul. XVI. sponso parum contentus reposuit: „hæc
A. C. 1561. „vestra agendi ratio mihi summopere
 „displicet, eo potissimum nomine, quod
 „tunc, si Calvinistæ ad Gallorum exem-
 „plum ejusmodi colloquium in Belgio
 „peterent, illud declinare haud possem,
 „quin hæretici ad seditionem concita-
 rentur.

§. XLIV.

*Franciæ Legatus a Philippo remissus
 exceptus, atque ad Albæ Du-
 cem missus.*

Thuan. l. 6. Postea Philippus Rex Montberonium,
 & Albaspinæum ad Albæ Ducem,
 qui tum summæ rerum præerat, re-
 misit: hic vero Dux aliunde primævo
 naturæ vitio ferox Montberonio hæc in
 responsis dedit: „Rex Catholicus Do-
 „minus meus non sine summo dolore
 „intellexit, quod in regno, cujus ta-
 „men Principes titulo Regis Christia-
 „nissimi gloriantur, præcipui Religionis
 „Articuli tam tepide, ac dissimulan-
 „ter pertractentur; hinc petit equidem,
 „ut Rex vester, qua severitate Henri-
 „cus II. & Franciscus II. Galliarum Re-
 „ges in Mercuriali, ut vocant, Conventu,
 „atque in nupera Ambasiana conjura-
 „tione usi fuerant, eadem nunc in Se-
 „ctarios animadverteret, nullamque
 „nec sanguinis, nec meriti rationem
 habe-